

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Si verum imperatorem generis humani quaeritis: eloquentia
2 vestra imperat, eloquentia mentibus dominatur. ea metum
3 incutit, amorem conciliat, industriam excitat, inpudentiam
4 extinguit, virtutem cohortatur, vitia confutat, suadet,
5 mulcet, docet, consolatur. Provoco audacter, imperatores:
6 omittite eloquentiam et imperate! orationes in senatu habere
7 omittite et Armeniam subigite! alii quoque duces ante vos
8 Armeniam subegerunt, sed una mehercules tua epistula, domine,
9 una tui fratris de te tuisque virtutibus oratio nobilior ad
10 gloriam et ad posteros celebratior erit quam plerique prin-
11 cipum triumphi. Ventidius ille, postquam Parthos fudit fu-
12 gavitque, ad victoriam suam praedicandam orationem a C. Sal-
13 lustio mutuatus est, et Nerva facta sua in senatu verbis
14 rogaticiis commendavit. item plerique ante parentes vestros
15 prope modum infantes et elingues principes fuerunt, qui de
16 rebus militiae a se gestis nihil magis loqui possent quam
17 galeae loquuntur. postquam res p. a magistratibus annuis ad
18 C. Caesarem et mox ad Augustum tralata est, Caesari quidem
19 facultatem dicendi video imperatoriam fuisse, Augustum vero
20 saeculi residua elegantia et Latinae linguae etiam tum in-
21 tegro lepore potius quam dicendi ubertate praeditum puto,
22 post Augustum non nihil reliquiarum iam et vietarum et ta-
23 bescentium Tiberio illi superfuisse. imperatores autem dein-
24 cepti ad Vespasianum usque eius modi omnes ut non minus ver-
25 borum puderet quam pigeret morum et misereret facinorum. quis
26 eorum oratione sua populum aut senatum adfari, quis edictum,
27 quis epistulam suismet verbis componere potuit? quasi phreni-
28 tis morbus quibus implicitus est, aliena eloquentes imperita-
29 bant, ut tibiae sine ore alieno muti erant. imperium autem
30 non potestatis tantum modo vocabulum sed etiam orationis est,
31 quippe vis imperandi iubendo vetandoque exercetur.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Erläutern Sie **infantes** (Z.15) und **eloquentes** (Z.28)!

2. Z.28: Wie ist der Ausdruck **morbus ... implicitus est** zu erklären?